

CAPUT XXVIII.

QUOMODO ET QUARE AMOR
creatoris omnium creaturarum amo-
ri anteferri: tum qua ratione proxi-
mus in Deo amari debeat.

I. Joh. 2. Si quis diligit mundum, non
est charitas patris in eo.

Cordi humano ea natura est, eaq;
proprietas divinitus indita, ut ab
amore vacare nunquam possit;
proindeq; nunc Deum, nunc mundū,
nunc seipsum diligat. Ex qua amoris
necessitate apparet, hunc affectuum ^{Charitas}
nobilissimum, à Deo implantatum, & ^{est affe-}
à Spiritu S. accensum, sumi boni stu- ^{nobilissi-}
dio impendendum, deoq; reddendum ^{mus &}
esse; illud assiduè ab eo efflagitando, ut ^{ideo soli}
divinam charitatem magis magisque ^{Deo de-}
^{betur.}
in te accedere dignetur. Ipse enim
prior dilexit nos; quem si amore reci-
proco remuneremur, idem porro ar-
dentissimè nos complectetur; juxta
illud Joan. 14. Qui diligit me, diligitur à
patre meo. Jā in quocunq; charitas Dei
est, eum omnibus optimè velle opor-
tet (quæ est proprietas amoris in Deo)
& cōsequenter neminem circumscri-
bere, nec verbis factisq; ledere. Verum
plæ-